

Ep. 133 b, Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est.

Hortator, oris. suator, consuator, autor. de Orat. 105 a, Cum eius studij tibi & hortator & magister esset domi. I. A. 235 a, Quanquam hortatore non egetis, ipsa enim uestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandae cupiditatem. Post. 199 b, Adiutor, autor, hortator ad aliquid agendum. pro S. R. 36 b. & Par. 28 b, Hortator, autor, intercessor non faciendi aliquid.

Hortatus, tus. hortatio. Ep. 217 b, Id feci aliorum consilio, hortatu, autoritate.

Hortor, aris. adhortor, suadeo, sum autor, cohortor, excito, impello, autoritate alicui ad aliquid faciendum do, acuo. Ep. 204 a, Haec eò spectant, ut te hortor & suadeam, reliqua sunt quae pertinent ad rogandum. Att. 102 a, Ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam cohortabor. pro Ar. 191 a, Quibus auditis eum ad perficiendum hortatus sum. de Or. 95 a, Impellere, exhortari aliquem ad aliquam artem. de Pro. 71 a, Hortari milites ad laudem. Att. 126 b. & Offic. 1 b, Magnopere te hortor, pro tuo singulari perpetuoque studio, ut, &c. Att. 111 b, Pacem quidem hortari non desino. Qu. Fr. 29 a, Sed quid ego te haec hortor? aliter deest haec. I. C. 99 b, Sin exieris (quod te iam diu hortor) exhaurietur, &c. Epist. 54 a, Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum. de Fin. 125 b, Te hortor, currentem quidem, ut spero. Ep. 256 a, In excitando & acuendo plurimum ualet, si laudes eum quem cohortere. Ep. 133 b, Quare quid est quod ego te hortor, ut dignitati & gloria seruias? proponam tibi claros uiros, quod facere solent, qui hortantur. Ep. 256 a, Consilium quod hortandi causa laudavi.

Hortulus li. de Nat. 24 b. Democriti fontibus Epicurus